Fragmentarium

modum accepistis
a nobis quomodo
uos oportet am
bulare et placere
deo sic et ambu
latis ut abunde
tis magis; Scitis
enim quae praecepta
dederim uobis per
dominum ihesum; haec est
enim uoluntas
dei sanctificatio uestra
ut abstineatis uos
a fornicatione
ut sciat unusquisque
uas suum uas possidere
in sanctificatione et
honore; Non in
passione desiderii

sicut et gentes quae
ignorant deum ut ne quis
supergrediatur neque
circumueniat in nego
tio fratrem suum quo
niam uindex est dominus de his om
nibus; sicut praediximus
uobis et testificati su
mus; non enim uocauit
nos deus in inmunditia
sed in sanctificatione;
itaque qui haec spernit
non hominem spernit
sed deum qui et dedit
spiritum suum sanctum in uobis;
XV. De caritate autem
fraternitatis non ne
cesse habemus scribe
re uobis; ipsi enim uos

Ser. n. 2065

Phil. 4,8.

Si qua laus disciplinae
haec et cogitate. quae
et didicistis et acce
pistis et audistis et ui
distis in me haec et agi
te et deus pacis et dilec
tionis erit uobiscum;
XV. Gauisus sum autem in domino
uehementer quoniam tandem
aliquando refloruistis
pro me sentire sicut
et sentiebatis; oc
cupati autem eratis; non
quasi propter penuriam dico.
ego enim didici in qui
bus sum sufficiens esse;
Scio et humiliari scio
et abundare ubique
et in omnibus institutus sum

et satiari et esuri
re et abundare
et penuriam pati;
omnia possum in eo
qui me confortat;
uerumtamen be
ne fecistis communi
cantes tribulationi
meae;
XVI. Scitis autem et uos phi
lippenses quod in prin
cipio euangelii
quando profectus sum
a macedonia nul
lam mihi ecclesia
communicauit
in ratione dati
et accepti nisi uos
soli quia et in the[...]

ÖNB Cod. Ser. n. 2065 fol. 83v

ÖNB Cod. Ser. n. 2065 fol. 78r

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , CodSerNov2065_83v – Biblia (Vetus Latina) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-mjod/2011/24025)